

files 80. Hæ superioribus adjunctæ numerum circiter 1725. constituunt Albategnius lib. de scientiâ stellarum diff. 51. Alphraganus lib. de rudimentis Astron. diff. 19 & Ptolemæus in Almagesto, præter errantes, stellarum numerum. 1022. credunt. Rabbi Kimhi, 1089. concedit Cabela in drach. citata in Esaiâ c. 49. Stellarum, 29000. miriades, & 140. defendit Plinius 1060. proponit insigniores & præcipuas, obscuriores, atque adeò omnes, solus Deus, Optimus Maximus numerat, eisq; nominibus vocat, Psal. 146.

TABULA L. Lit. Bbb.

SYNOPSIS.

TABULA LI Lit Ccc.

SYNOPSIS.

Cæli inferioris Austrina.

Conclusio Bibliopolæ.

Etsi non dubitem, Spectator candide, quin intentum nostrum in communicandis Uranometriis Tabulis, quæ stella cujusvis fixæ, nobis conspicuæ, tam longitudinis quàm latitudinis situm in Charta, & exinde etiam in Cælo, ita monstrat, ut rudior qui vis ex unius cognitione in omnium, visui nostro quæ sese offerunt, notitiam abire possit, siquidem Astronomia vacare, & cælestes faces ignorare sine literis est legere, sine plumis volare. Observationes enim a stellis, quarum certitudo, motuum cælestium calculum confirmavit, dependunt.

Ne autem tibi imponere videar, apposuisse allubescit, Cl. D. Wilhelmi Schickarti, &c, suo Astrosopio insertum de hisce Tabulis iudicium.

Multò cautiùs nostra ætate stellas disposuit Joannes Bayerus, in sua Uranometria, opere quidem diligentissimo cum